



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

Libri Secundi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

CANONICI

Per

EROTEMATA

DIGESTI ET ENUCLEATI,

LIB. II. TIT. I.

De Judiciis.

Haecenus vidimus de preparatoriis judiciorum, de quibus agitur libri primi parte posteriori: deinceps sequuntur, quae principaliter ad ipsa judicia pertinent, & quidem hoc libro secundo, quae ad ordinem judiciorum.

1. *Quid est Iudicium?*

**JUDICIUM** est causae apud judicem competentem legitime facta discussio atque terminatio.

2. *Quotuplex est Iudicium?*

Primo aliud est Ecclesiasticum, quod coram iudice Ecclesiastico peragitur; aliud Seculare seu laicum, quod coram iudice laico. II. Aliud est Civile, quo agitur vel in rem, vel in personam civiliter, & ad commodum privatum, de re aut mere profana ac temporali, vel spirituali.

rituali, civili annexa, aliud criminale quo agitur ad vindictam publicam & modo publicum. III. aliud est Ordinarium, aliud Extraordinarium,

3. *Quod vocas Iudicium Ordinarium?*

In quo omnia peragi debent, certo vato ordine & solenniter; alias c. 9. h. t. aliquo, quod sit de solemnibus, iudicium redditur ipso jure nullum. Ordo processus non quidem reddit nullum iudicium, ut si testes auditi sint ante litteram testatam, sed inde recte appellatur

4. *Quod Extraordinarium?*

In quo proceditur simpliciter, c. Exhibita 19. eod. plano sine strepitu & forma iudicium non observatis ad amussim omnibus solemnitatibus & terminis judicialibus summatim tantum examinata causa

5. *Iudicium quibus constat personis?*

Judicis, Actoris vel Accusatoris, Clem. Sape De V. S. vocabulo Accusatoris καταχρηστικῶς c. 10. in f. cepto pro actore; nam & accusare De V. S. doque idem est quod agere. Actio l. 4. C. de tentionem suam proponendo agens idon. citur in iudicio: Reus exceptiones opponendo se tueri & defendere, dex inter Actorem & Reum velut

ptator est & sententia sua litem dirimit,  
ipsaque disceptationes appellantur iudicia.

De Foro competenti.

TIT. II.

In hoc conflictu forensi oportet primo  
Judicis persona constitui. Neque  
enim cogitur Reus coram quovis ju-  
dice respondere, sed tantum coram  
Judice suo, quem vocant competen-  
tem.

i. Quod dicitur forum competentis?

**T**Ribunal illud, ubi Reus sortitur fo-  
rum; id est, sub cujus est jurisdic-  
tione; quia regulariter Actor sequi fo-  
rum Rei debet.

2. Quot modis sortitur forum  
Reus?

Quinque modis, videl. ratione do-  
micilii, rei sitæ, contractus, delicti, privi-  
legii, id est, ejus judicis jurisdictioni reus  
subest, in cujus territorio vel domici-  
lium habet, vel res, de qua controverti-  
tur, sita est, sive mobilis sive immobilis;  
vel in quo contraxit, licet alibi domici-  
lium

*c. Dilecti*

*17. § c.*

*ult. hoc t.*

*d. c. ult. §*

*l. ult. c.*

*ubi in rem*

*actio d. c.*

*ult. § c.*

*14. c. 13.*

*lium § d. c. 14.*

lium habeat, aut deliquit. Denique privilegio Clericus non nisi coram Ecclesiastico conveniri potest.

3. *Potestne ille, qui extra domicilium alibi ex aliis causis forum sortitur, in domicilio sui conveniri?*

*l. c. 17. h. l.* Potest, si ibi agere velit actor: et si quis sit extra territorium sui juris non tamen desinit esse subditus iudici.

4. *Quo loco quis domicilium habet dicitur?*

*l. Cives C.* Ubi laarem rerumque ac fortunas summam constituit, vel saltem, ubi rem bonorum suorum partem possidet.

*l. 10. l. 2.* *C. Ubi Senatores* 5. *Potestne renunciari foro, & prorogari jurisdictio iudicis non sui?*

Laicus quidem renunciare potest. *c. 18. hoc t.* iam absque consensu iudicis sui. *l. pen. C.* cuilibet licet renunciare favori suo. *De pact. c.* & exceptioni declinatoriae fori sibi petenti. Clericus vero non potest prorogare jurisdictionem iudicis laici. *l. 7. §. paciscar. 14.* quidem cum iurejurando, quia privilegium hoc est datum Clericis in favore totius ordinis clericalis, ac proinde *D. de pact. & l. 38. D. cum,* cui privatorum pactione derogari non potest. *de transa.* nequit.

De Libelli oblatione.

TIT. III.

Constituto Judice competente, consequens est videre, quo ordine apud eum agi debeat. Ubi primo offertur Judici libellus, cujus copiam dari sibi petit Reus.

I. *Quid est libellus?*

Libellus nihil est aliud, quam scriptura continens intentionem Actoris, petitionem scilicet & causam petendi, præterea nomen Judicis, coram quo petitur, nomen Actoris & nomen Rei, prout insinuat hic versiculus:

*Quis, quid, coram quo, quo jure petatur,  
& a quo?*

2. *Quæ sunt igitur partes præcipuæ Libelli?*

Hæ duæ, petitio Actoris, & causa petendi, ut scilicet. clare & dilucide exponatur, quid, & ex qua causa petatur, sive res sit mobilis, sive immobilis, quæ petitur, sive in rem, sive in personam agatur.

3. *Estne hic differentia aliqua inter actionem in rem & in personam?*

Est utique: nam si agatur in rem actione sive reali, sufficit exprimere in libello causam proximam petendi, id est, domi-

dominium, vel quasi; non etiam  
 tam, ex qua scilicet causa fundus v. g.  
 titoris, an exempto, ex donato,  
 &c. Quando vero agitur actione  
 sonam, non sufficit exprimere ca  
 petendi proximam, id est, obligatio  
 nisi & remota exprimatur, ut quia  
 v. g. mihi Actori obligatus est ex  
 &c. Alias enim nimis obscurus  
 bellus.

4. Cur potius in actione personali erit  
 rus, quam in reali?

*S. sed si  
 rem Inst.  
 De legat.  
 § l. 14. §. 2.  
 D. De ex-  
 cept. rei  
 jud.*

Quia cum dominium rei peti  
 strum esse non possit, nisi ex un  
 causa, is qui simpliciter agit reali  
 nulla causa remota expressa in  
 unam illam causam, videlicet domi  
 in iudicium deduxisse. At vero in  
 ne personali libellus obscurus est,  
 iam causa remota exprimatur, qu  
 & eadem res nobis ex pluribus caus  
 beri potest, puta ex causa emptio  
 & ex donato forte ab alio, unde Res  
 set non sufficienter certior fieri, ut  
 dere, an contendere debeat.

De mutuis petitionibus.

TIT. IV.

Contingit subinde Reum iudicio  
 ventum petere vicissim sibi ab

re debitum, idque per Reconventionem, quæ hic dicitur mutua petitio.

1. Quid igitur est Mutua petitio?

EA nihil aliud est, quam conventio ex parte Actoris, & reconventio ex parte Rei, qua scilicet Reus, viso Actoris libello vicissim aliquid ab eo petit, idque coram eodem Judice, sive ordinario, sive delegato, non etiam coram arbitro.

c.1. hoc tit.

2. An & coram iudice alias incompetente?

c. Cum dilectus super de arbitro.

Omnino; ut si reconventus alias subiectus non sit iudici Rei conventi: veluti Clericus, qui reum convenit coram iudice laico, reconventus coram eodem iudice: quia reconventio tollit exceptionem incompetentiæ: cum non debeat quis quem dedignari iudicem, cuius agendo arbitrium secutus est.

l.14. C. de sent. & interlos. om. jud. & can.

3. In quibus causis habet locum reconventio?

1. §. cuius III. qu. 8.

In omnibus causis connexis & jure non prohibitis sive in rem, sive in personam agatur. Prohibetur autem in causis criminalibus, in causis præjudicialibus, in causis spiritualibus coram laico, in causa spoliationis, depositi, momentaneæ possessionis.

Clem. Sa. pe De V. S. can. Ne ganda 2. c. 3. II. q. 11. c. 2.

H

4. Quare



*sup. de jud.*

## 4. Quando proponenda?

*§ c. 25. De**decim. c.**ult. De or-**din. cogn.**c. 2. De de-**pos. Gl. in**d. c. fin. De**ord. cogn.**d. Clem.**Sape §. ve-**rum arg. c.**3. vers. reus**De re-**script. in b.**d. c. 1. in fi-**ne hoc tit.*

Proponi potest mox ab exordio  
scil. vel ante litem contestatam, vel  
tunc post, ut sic pari passu ambulet  
conventionem: alias etiam usque ad  
tentiam, vel saltem ad conclusionem  
caussa, durante iudicio conventionis  
tam vocant *Propriam*, hanc vero  
*propriam* reconventionem.

## 5. Qua forma &amp; ordine:

*Oblato libello**conventionis ex**Actoris, & libello reconventionis**Rei, tum prius Reus ad libellum**Actoris, deinde Actor ad libellum**respondebit, & sic deinceps utriusque**caussa singuli actus judiciales vicissim**simultanee ad finem usque litis**erunt, iudexque, causa utrinque**terminabit, si de utraque pariter liqueat,**que una eademque sententia definit**terminabit.*

## De litis contestatione.

## TIT. V.

Vidimus obiter de iis, quæ litis  
sum præcedere solent, suntque  
præludia quædam ipsius iudicii,  
tunc modo de litis contestatione

est primum iudicii fundamentum, ipseque  
litis ingressus.

1. Quid est litis contestatio, & quomodo  
ea fit?

Litis contestatio est Rei ad petitionem  
Actoris, vel contra ( ut fit in recon-  
ventionem ) Actoris ad Rei petitionem,  
negando vel affirmando, responsio ani-  
mo litem contestandi facta. Fit enim li-  
tis contestatio non per positiones Acto-  
ris ad eas Rei responsiones, sed per peti-  
tionem in iure propositam, & per respon- *c. un. b. c.*  
sionem secutam.

2. Estne necesse, ut Reus respondendo dicat, se  
respondere animo litem contestan-  
di?

Non est; quia hoc ipso, quo ad peti-  
tionem Actoris simpliciter respondet,  
presumitur respondere animo contestan- *Dd. in d.*  
di. Nisi respondeat cum protestatione *c. un. § l.*  
de non contestando, quia huiusmodi *un. C. eod.*  
protestatio impediret litis contestatio-  
nem.

3. Estne necessaria in omni causa litis con-  
testatio?

Est, in causa utique iudicii ordinarii,  
de cuius substantia est litis contestatio, & *d. c. in fin.*  
sine qua iudicium ordinarium est ipso ju-

renullum. In iudicio vero extraordinario & summario, ubi proceditur simpliciter & de plano, absque figura iudicis, testatio omitti potest, ut iudex data utrimque facti narratione iudicet, quod sibi æquum videbitur.

4. *Quis est effectus litis contestationis?*

Inter alios plures est & iste, quod inter contestando Reus excludatur a probatione & omnibus suis exceptionibus dilatoriis, quibus hoc modo intelligitur renuntiare. & quod in persequendo Actor contumeliam suam faciat meliorem per litem contestationem; Rei vero conditio litem contestatione fiat deterior. Ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam.

TIT. VI.

1. *Cur lite non contestata procedi ad testium receptionem vel sententiam non potest?*

Quia lite nondum contestata nihil potest produci possint; nihil adhuc petunt de quo sententia ferri. Neque enim contestatam dici potest esse.

pta lis, nec Actor quicquam petiisse, sed *Amplius*  
tantum petere voluisse. 15. D. Ra-

*tam rem*

2. *Quid si Reus citatus tertio, vel semel per-*  
*emptorie, non compareat, atque ita*  
*impediatur contesta-*  
*tio?*

*hab.*

Nec eo casu recipi testes poterunt; sed  
Reus habebitur pro contumace, Actor-  
que mittetur in bonorum possessionem  
rerum petitarum, custodiae causa, ut  
hoc modo cogatur tandem Reus compa-  
rere in iudicio ac respondere, litemque  
contestari.

3. *Suntne casus, quibus circa litem contestatio- c. 3 & c. ult.*  
*nem recipi testes possunt?* *in fine h. t.*

Sunt. Veluti primo in causa matri-  
monii, sive spiritualis ( quale est inter  
Prælatum & Ecclesiam ) sive carnalis, an  
illud valeat, vel non, & reus per contu-  
maciam absit, recipi testes possunt, dum  
periculum est in mora: Veluti in electio- *l. 2. C. De*  
ne Prælati confirmanda, ne Ecclesia de- *sponsal. c.*  
stituta Pastore detrimentum patiat! & *ult. §. por-*  
in causa matrimonii, ne conjugum alter *ro h. t. d. c.*  
vota sua diutius eludi patiat, vel alterutri *ult. §. sunt*  
detur occasio fornicationis. *& alii.*

II. Quando agitur per viam inquisi-  
tionis.

III. Quando testes petuntur audiri ad  
perpe-

*c. Cum  
olim. 34.  
in f. De  
testib.*

perpetuam rei memoriam, veluti si  
stes sint valetudinarii, si senes, si p  
grini, ne ob mortem, vel absentiam  
stium post litem contestatam veritas  
sit elici. Id quod hodie fieri solet,  
scripto impetrato a Principe.

De Juramento calumniæ.

TIT. VII.

Lite contestata, ne vel Actor ven  
tantum caussa, vel reus tantum  
ferendæ solutionis gratia, litem  
tuere fovereque videantur, succedat  
ramentum calumniæ utrinque  
standum.

1. *Quis dicitur calumniari?*

*l. 1. D. Ad  
SC. Tur-  
pill.*

**Q**ui sciens & prudens vel falsum  
fendit, vel verum oppugnat, et  
giversatur.

2. *Quid igitur est Juramentum Calumnia?*

*l. 5. C. de  
ult. b. 1.*

Est juramentum a litigantibus  
Clericis, si causam propriam agant  
per lite bona fide suscepta præstandum.

3. *Qualiter jurandum de calumnia*

Jurat Actor, quod non calumnia  
animo litem moverit, sed quod

met & credat se justam habere causam litigandi. Reus jurat, quod putans se bona instantia uti, ad reluctandum & l. 2. in pr. C. contradicendum pervenerit. Deinde jurat uterque, quod nullam ab adversario superfluum exigat probationem, ex-*seq. Nov.* trahendæ litis causa, quodque nihil de-*134. in pr.* derit aut promiserit judici, ejus corrup-*& Auth.* pendi gratia. *Principales. C. cod.*

4. *Juratne & procurator domini sui nomine?*

Jurat; nec enim refert ipse principalis in propria persona hoc juramentum præstet, an ejus nomine procurator, modo hic mandatum speciale habeat ad jurandum & tunc jurat in animam domini sui ac suam, exceptis Syndicis & Oeconomi-*c. ult. b. t.* mis, id est, administratoribus ecclesiarum, monasteriorum, & universitatum, qui etiam sine mandato & in proprias *c. 3. & 4.* animas, non in animas singulorum, qui *b. t.* de Ecclesia aut universitate sunt, jurant.

5. *Quid si litigantes recusent jurare?*

Tunc quidem Actor tanquam improbus litigator ab instituta cadet actione, Reus vero habebitur pro confesso, id est, perinde ac si debitum esset confessus ac

condemnatus. Cujusmodi poenae non  
*d. c. ult. in locus in causis spiritualibus, ut cum*  
*sine Vallen* tur de decimis, jure patronatus &c. ne  
*bic* § 4. n. 3. detur vitiosus ad talia ingressus.

## De Dilationibus.

## TIT. VIII.

Dilationes dari solent, alia ante litem  
 testatam, alia post. Ante litem  
 testatam dantur dilationes ad de-  
 randum, de quibus est hic Tit.

## 1. Quid est Dilatio, &amp; quotuplex.

**D**ilatio in genere est justum tem-  
 spatium, quod ad actum alii  
 judicalem perficiendum conceditur  
 ri vel Reo, a lege, a judice, vel ex  
 ventione partium. Unde Dilatio  
 est *Legalis*, quæ a lege absque mini-  
 judicis aut litigantium, conceditur.  
*Judicialis*, quam dat judex ipse ex  
 cepto seu permissione legis; alia  
*ventionalis*, quæ ex conventionem parti-  
 competit. Dilationum vero Judicialium  
 alia sunt *Citatoria*, alia *Deliberatoria*,  
*Probatoria*.

## 2. Quæ dicuntur Dilationes Citatoriae.

Quæ dantur citatis & in jus vocatis  
 commode pervenire possint ad judicium.

idque primo, secundo & tertio, iusto temporis intervallo inter singulas citationes. Quod tempus hodie variat ex stylo Curiae cujusque, & fere est arbitrium. Pro ternis citationibus potest judex, si causa iusta subsit, uti unica peremptoria: quo casu citatus peremptorie, si non veniat, perinde habetur, & punitur, ut contumax, ac si ter citatus fuisset.

Vallen. bic

S. i. num. 5.

& 6.

l. 70. D. De

jud. vallen.

ubi sup.

n. 7.

3. Qua Deliberatoria?

Deliberatoria dilatio datur Reo, ut, viso Actoris libello, secum deliberet, cedatne, an contendat, & se instruat, cogitetque, quid Actori in iudicio respondeat. Unde si ex litteris citatoriis Reus plene instrui possit, induciae deliberatoriae non concedentur. Tempus vero huiusmodi dilationis olim fuit 24. dierum a porrecto per Actorem libello, hodie est arbitrium, & a stylo Curiae pendens, prout de citatoriis dictum.

c. ult. b. t.

c. 2. b. t.

Auth. Of-

feratur C.

De litis

contest.

4. Qua Probatoria?

Quae dantur Actori ad suam intentionem, & Reo ad exceptionem probandam. Et ne in his modum excederent iudices, certum tempus praescriptum est ad probandum seu producendum testes, scil. trium mensium in eadem Provincia,

H 5

sex



sex mensium, si trans mare; quod quoque est arbitrarium.

## De Feriis.

## T I T. I X.

Quemadmodum dilatione durante  
 cis officium interim conquiescit,  
 durantibus feriis.

*l. 1. § ult.*

*C. b. 1.*

## 1. Quid sunt Ferie?

Sunt dies ab actibus judicialibus  
 quibus scilicet forensis strepitus  
 jurisdictionis exercitium conquiescit  
 betur.

*e. s. b. 1. §*  
*l. 5. D. eod.*

## 2. Quotuplices sunt?

Aliæ sunt Solemnes & Ordinariæ  
 ad divinum cultum institutæ, ut  
 es festi, vel ad fructus colligendos  
 sunt feriæ messium & vindemiarum  
 Repentina, seu Extraordinaria, quæ  
 pro rebus occurrentibus ab Imp.  
 & Imperiales dictæ) vel Rege  
 tur.

*e. i. § ult.*  
*b. 1. d. c.*  
*ult. in fine*  
*l. Anullo 4. &*  
*C. eod.*

## 3. Interestne inter has ferias?

Plane interest, quod quidem ad  
 cium attinet: quia actus judicialis  
 fito, sive feriis ad divinum cultum

tutis, celebratus, licet ex utriusque partium consensu, est ipso jure nullus; non etiam actus judicialis tempore feriarum ob messem & vindemiam mutuo litigantium consensu celebratus. Ratio diversitatis est, quia in priori casu feriae juris sunt publici, non tam in singulorum gratiam, quam totius Reip. causa introductae, & mandatae auctoritate Ecclesiae, quibus propterea privata pactione renunciari non potest. Posteriori vero casu feriae in singulorum potius gratiam, quam Reip. causa, introductae sunt, unde & singuli renunciare his feriis possunt.

*d. c. ult. in fine.*

*d. c. ult. in princ.*

De Ordine cognitionum.

TIT. X.

Aliquando incidunt quaedam in iudicium definienda, antequam in causa principali procedatur, vel de quibus disceptatus inter actorem & reum, quae causa prior & quae posterior cognosci debeat, ideo hic sequitur Tit. De ordine cognitionum.

1. Quid si igitur questio praedjudicialis, v. g. natalium, an quis sit filius, l. proximus cognatus, incidat in iudicium petitionis hereditatis?

Tunc

Tunc prius cognoscendum & nunciandum erit, quem esse legitimum, vel cognatum proximam quam an hæreditas ei restituenda vel non: quia causa major (qualis est questio natalium) trahit ad se fam minorem, id est, causam de hereditate restituenda, sive coram eodem dice agatur, sive etiam coram alio veluti de causa natalium coram Ecclesiastico & de causa hereditariam laico. Sic & exceptio confanginitatis objecta mulieri, vindicanti in maritum, est præjudicialis, præcunctianda, quam super matrimonio nunciatur.

*c. 54. De  
jud. c. 1. b. t.*

*c. 1. b. t.*

2. *Quid si agenti spoliis nomine vicissim obijciatur spolium?*

Tunc refert, an per modum exceptionis, an vero per modum actionis spolii obijciatur. Nam si reus exceptio-

*c. 2. vers. sed quomiam hoc tit.* vicissim spoliatus, prius de hac exceptione cognoscendum, quam actione spolii. Quia licet spoliatus omnia sit restituendus, ita ut antea tutionem non cogatur regulariter spondere suis spoliatoribus; quando regeritur spolium per modum exceptionis, prius cognoscitur de

*c. ult. b. t.*

exceptione. Secus, si per modum actionis, id est, si Reus non excipiat, sed vicissim agit, se esse spoliatum.

3. Quid si actio criminalis & civilis simul concurrant?

Tunc criminalis principaliter intenta- *Can. Civi-*  
ta excludet civilem. Ubi vero civilis præ- *lis. l. ii. q. ii.*  
judicat criminali, vel contra, præcedere *c. Si cri-*  
illa debet, uti præjudicialis, & altera se- *men iii. q.*  
qui. Quando autem altera alteri non est *ii. Vide*  
præjudicialis, tunc criminalis & civilis con- *Fach. in*  
jungi possunt. *6. 2.*

De plus petitionibus.

TIT. XI.

Inter incidentes in quæstiones est & hæc de plus petitionibus; an scil. Actor plus petierit, quam oporteat.

1. Plus peti quando & quibus modis dicitur?

Quatuor modis. Re, Tempore, Loco & Causa. Re plus petere dicitur, qui majorem summam vel quantitatem petit, quam debetur. Tempore, qui petit ante diem, vel conditionem obligationis adjectam, nec dum scil. existentem. Loco, qui petit alio loco, quam ubi convenit, ut solveretur. Causa qui id, quod in genere vel alternatim debetur, in specie vel præcise petit.

2. Quæ

2. *Quæ est pœna plus petentium*

Re plus petens, absque dolo ma  
*c. un. in pr.* in eo perseverans usque ad senten  
*b. 1.* condemnatur adversario in expen  
 tis. Tempore plus petente Actore  
 plicantur Reo induciæ, nec cogitur  
*d. c. un.* ea litem excipere, nisi solutis ex  
*vers. ei ve-* litis prioris ante diem motæ. Loc  
*ro d. c. un.* petens tenetur, quanti rei interest  
*vers. loco* co peti, quam ubi oportebat.  
*S. sed hoc* plus petens in expensas omnes, & dan  
*quidem In* quod Reus occasione institutæ actio  
*fit. action.* lit, condemnatur.

De causa proprietatis & posses  
 nis.

## TIT. XII.

Incidit quoque frequenter quæ  
 ter Actorem & Reum, de causâ  
 proprietatis & possessionis instituta  
 instruenda, definienda; utrum  
 in eodem iudicio proponi possint  
 vero singulæ causæ singulis iudici  
 standæ sint.

1. *Quæ dicitur causa proprietatis*

**I**N qua principaliter agitur de prop  
 tate seu dominio, vel quasi domi  
 quando scilicet Actor contendit,

dominum rei controversæ, Reus vero e contrario negat; & hoc appellatur iudicium petitorium.

c. 4. b. t.

2. Qua possessionis?

In qua principaliter agitur de possessione, vel quasi; veluti ubi Actor contendit, possessionem rei esse sibi restituendam, & Reus negat, quod vocatur iudicium possessorium.

3. Quid est possessio?

Est jus reale insistendi vel incumbendi rei corporali, sive mobili sive immobili. *Ius*, inquam, *reale insistendi* &c. quia non statim, qui rem aliquam detinet, ejus rei possessor dicendus est; sic enim commodatarius, depositarius, inquilinus atque colonus, quamvis rem detineant & occupent, non tamen dicuntur possidere: quia non habent jus aliquod insistendi rei, sed tantum jus personale ex contractu. Dicitur *rei corporali*; quia rei incorporalis proprie loquendo nulla est vera possessio, sed dicuntur hujusmodi tantum quasi possideri.

d. c. 4.

c. 3. hoc tit.

4. Quotuplex est possessio?

Triples. Naturalis tantum, Civilis tantum, Naturalis & Civilis simul.

Natu-

*Naturaliter tantum* possidere dicitur qui rei alicui incumbit, quam eandem quis alius possidet civiliter.

*l. 6. §. qui ad nundinas D. d. acq. poss.*

*Civiliter tantum*, qui a re corpore cedens, animo possessionem retinet, qui ad nundinas profectus est, nulli possessione fundi relicto, quem eo absente alius aliquis forte occupavit. Hic solum dicitur civiliter tantum possidere, autem, qui eo absente fundum occupavit, *naturaliter & civiliter simul* rem possidet, quam sc. alius nullus ullo modo detur aut possidet.

*5. Quot modis agitur de possessione*

Tribus; atque ita triplex est iuris possessorium: vel enim agitur de possessione facta, vel de possessione facta ad adipiscendam possessionem, vel de possessione facta, vel recuperanda, quæ plenius explicantur.

*Instit. De 6. In hoc iudicio possessorio quis est interd. competens?*

Non conveniunt hic Dd. Sunt qui possessorium retinendam & recuperandam possessionem ad iudicem secularem spectare volunt: etiam cum de possessione beneficiarum Ecclesiasticarum, decimarum, & juris patronatus agitur, quod possessorium rei spiritualis non sit quid spirituale, sed temporale.

le, & potius in facto quam in jure consistit. Et hanc sententiam usus judiciorum in Gallia ac Belgio fere passim recepit; quamvis contraria de jure verior appareat.

7. Potestne judicium possessorium & petitorium cumulari, id est simul tractari causa possessionis & proprietatis? Vide Valens. hic §. 3.

Utrumque hoc judicium ab initio simul proponi, tractari & finire posse, coram uno eodemque iudice, & adversus eundem adversarium, rescriptum est. Non obstante regula, quod, quando alicui competunt plures actiones ejusdem rei nomine, una aliqua eligenda sit, & una tantum experiri oporteat; quia regula illa accipienda, quando plures actiones competunt ad unam & eandem prorsus rem. Hic autem duæ quidem sunt actiones, sed quæ competunt ad diversa, nimirum possessorium ad possessionem, & petitorium ad proprietatem seu dominium: atqui possessio & dominium nihil commune habent. Deinde interest Reip. minui lites, quemadmodum hic fieri videmus, quia ex pluribus fit una. Et de hoc minor difficultas est, quando caussa proprietatis concurret cum possessorio adipiscendæ & recuperandæ,

I

randæ,



randæ, respectu diversarum possessionum.

8. *Quid si causa proprietatis seu petitionis concurrat cum possessorio retinenda?*

*Vid. Valen. b. §. 4. n. 3. & seq.* Etiam eo casu cumulationem admittendam respectu ejusdem possessionis, sententia est.

### De Restitutione Spoliatorum.

#### TIT. XIII.

Interdum & hoc incidit in iudicium, in quo ordo servandus sit, quando quis in iudicio instituit de spoliatione: nam in hoc iudicio spoliationis, seu in iudicio recuperandæ possessionis, singula sunt, ut qui agit tanquam spoliatus, omnia sit restituendus.

1. *Spoliatus quis hic dicendus?*

**Q**ui vel vi, vel clam, de possessione rei alicujus corporalis vel incorporealis, veluti beneficii Ecclesiastici, vel alterius juris, ejectus est, vel alias in possessione privatus.

2. *Gui & adversus quem datur hoc interdum restitutorium.*

Datur ei, qui dejectus est, sive

minus rei fuerit, sive non, puta usufructua-  
rius. Item hæredibus, eorumque succes-  
soribus, adversus eum, qui per se aut per  
alium dejecit, aut dejici mandavit.

*l. 1. §. 12. l. 3.*

*§. fin. D. de*

*vi & vi*

*arm.*

3. *Daturne adversus tertium mala fidei pos-  
sessorem, qui non spoliavit?*

Non quidem hoc restitutorium inter-  
dictum: Unde vi; sed aliud ei simile ex hoc tit.

Constit. Innocent. III. Pont. qua

actor, non obstante juris civilis rigore

(quod tamen jus alias etiam jure Ponti-

ficio confirmatur, ut scil. interdictum Un-

de vi locum habeat, nisi adversus ipsum

spoliatorem; vel qui ratum habuit)

re potest ad recuperandam possessionem,

contra quemlibet possessorem, qui con-

sciens sit spoliationis, sive is immediate,

etiam a bonæ fidei possessore interme-

dio. Est & in hanc rem aliud reme-

diu recuperandæ possessionis ex can. Red-

integranda III. qu. 1. quod datur adver-

sus quemlibet possessorem, licet ipse

non spoliaverit, nec conscius fuerit spolia-

tionis, quoquo modo res aliqua, etiam

mobilis; ad eum pervenerit, idque absque

ulla temporis præfinitione.

*num. 58.*

4. *Quid si Reus excipiat de dominio, de bene-  
ficio non canonice acquisito, aut de alio  
aliquo crimine?*

I 2

Non

Non audietur, si de dominio agatur etiam in continenti probando, de beneficio & non canonicè facta institutione, si de aliquo crimine, ut qui aut clam possederit, nisi prius possessionem auctori spoliato restituerit.

*c. 5. b. t. c.* *6. cod.* obstante, quod juris ordo flagitare videtur, ut Reus audiatur in suis exceptionibus, sicut Actor in sua intentione, quae quae favorabiles Rei potius quae

*l. 125. D. de* Actores habeantur: quia a Reg. ista *R. L.* capitur casus spoliationis, quo favorabilis habetur causa Actoris, quam Rei, *Vallen. hic* in odium violenti spoliatoris.

*b. 5. 4.* *5. Quid probare Actor debet, ut obtineat hoc interdictum Unde vi?*

Hæc duo: Primo, se fuisse in rei possessione, vel quasi, tempore factæ spoliationis. Secundo, se spoliatum fuisse eo, in quem agit, vel ab alio ejus nomine vel spoliationem ab alio factam ratam habuisse. Quod si in alterutro horum probando deficiat, causa cadet.

*De dolo & contumacia.*

TIT. XIV.

Interdum etiam quaeritur de dolo & contumacia Actoris vel Rei punienda, ut

quia spoliatus dolo & contumacia Rei re-  
stitutionem consequi non potest.

1. Quid est dolus?

**D**olus malus est omnis calliditas, ma-  
chinatio, fallacia, ad circumvenien-  
dum, fallendum, decipiendum alterum  
adhibita. Dico: dolus malus; nam est  
& dolus quidam bonus, de quo hic non  
agitur. Agitur vero hoc Tit. non de quo-  
libet dolo malo simpliciter, sed quatenus  
contumaciæ abhæret.

2. Contumacia quomodo incurritur, & quis  
dicendus Contumax?

Contumaciam incurere dicitur, &  
fieri contumax, qui tribus edictis, vel uno  
pro tribus (quod tantum temporis, quan-  
tum tria illa edicta, continere debet, &  
vulgo peremptorium appellatur) evocatus,  
& nulla iusta causa impeditus, præsen-  
tiam sui facere contemnit, sive per se, sive  
per procuratorem.

1. Contu-  
macia 53.  
D. De re  
jud.)

3. Qua est pœna contumaciæ?

Distinguendum hic est inter Actorem  
& Reum, quia & Actor contumax fieri  
potest. Reo facto contumace ante li-  
tem contestatam, mittitur Actor in pos-  
fessio-

*c. 1. Sc.* sessionem bonorum ipsius Rei, pro  
*pen. hoc t.* do declarati debiti. Post litem vero  
*c. 4. eod.* restatam, si iudici ex actis liqueat de  
 veritate, poterit sententia sua litem  
*l. 13. §. fin.* minare. Neque tunc licebit condemp  
*autem C.* to appellare, saltem jure civili;  
*Dejud.* non de iudice, sed de se ipso quæ  
 beat: æquitate Canonica juris civilium  
 rem nonnihil remittente personis Ec  
*d. c. 4. in fi.* clia. Quod si de causa non liquet  
*ne § d. §.* dici, tunc veram rei possessionem  
*fin. autem.* adjudicabit, Reo absenti sola propria  
 relicta quæstione.

4. *Quid ergo si Actor fuerit factus  
 tumax?*

*c. Actor.* Tunc ante litem contestatam  
*b. t.* ad terminum citationis non compar  
 Reo condemnatur in expensas, et  
 novam citationem admittitur, nisi  
 veat se, adsignato termino compar  
 rum: permittiturque Reo adversus Ab  
 rem legitime citatum probare  
 ptionem suam. Iudexque postquam  
 constiterit ex actis de rei veritate,  
 a petitione Actoris absolvet. Si  
*c. 9. hoc tit.* non constet satis, tunc quoque ab  
 Reum poterit, non quidem ab  
 petitione, sed tantum ab instantia,  
 Actori suo jure facultateque de

agendi, novaque instantia utendi, cum re-  
fusione expensarum prioris instantiæ. Li-  
te vero contestata, si deinde Actor con-  
tumaciter absit, & tempus instantiæ, pu-  
ta triennium, usque ad semestre præterla-  
psum sit, poterit Iudex ad definitivam *d.l. 13. § S.*  
procedere, etiam in favorem Actoris; alias *quidem.*  
Reus absolvi debet.

De eo, qui mittitur in possessionem,  
caussa rei servandæ.

TIT. XV.

Dictum paulo ante, Actorem ob Rei  
contumaciam mitti in possessionem  
bonorum seu rei petiti: hic docetur,  
quid juris ex hujusmodi missione con-  
sequatur.

1. *Quotuplex est hac missio?*

**D**Uplex, ex primo & secundo decre-  
to.

2. *Quid juris consequitur Actor ex missione  
in bonorum possessionem ex primo  
decreto?*

Tunc neque 'dominium rei', neque et-  
iam veram possessionem consequitur, sed  
tantum detentionem: quia ejusmodi mis-  
sio fit duntaxat rei servandæ causa, ut  
eam custodiat Actor, dum interim veniat

responsurus Reus; idque in actione  
*c. 2. § ult.* rem, quam in personam.

*b. 1.*

3. *Quando secundo decreto opus est*

Hic distingue inter actionem realem  
 personalem. Nam in reali actio

opus non est hoc secundo decreto, sed

Reo post missionem non comparet  
 intra annum; quia tunc Actor, et

anno, statim, id est, absque alio  
 decreto, consequitur veram rei posses-

*d. c. 1. b. 1.* sionem, in quam missus est. Verum in

*c. 5. §. in* ne personali, quia Reo contumace  
*aliis sup.* annum non comparente, eo anno

*Ut lite non* non statim acquiritur Actori possessio

*contest.* in quam missus est, opus est secundo

*Vallen.* decreto, ad hoc, ut veram rei posses-

*hic n. 3.* sionem consequatur.

Ut lite pendente nihil innovetur

TIT. XVI.

In ea quisque possessione, aut qualitate

habere debet, quam initio litis habuit

adeoque lite pendente nil est innovandum,

id est, nihil fieri potest, quo litis qualitas

statusve immutetur, nisi per aliquem

quo modo.

1. *Pendere lis quando dicitur*

**P**endere lis dicitur inter aliquos, si  
 tantum, quando lis est contestata,

simulatque Reus ab Actore in jus vocatus est, addita & clare expressa causa, *hoc tit.* ob quam vocetur.

2. *Non licebit ergo in jus vocato super aliqua re eam rem alienare?*

Nequaquam: neque per hujusmodi alienationem possessio aut dominium in alium transferetur. Imo is qui alienavit, *c. 3. & 4.* si recuperari ea res non possit, tenetur aliam *hoc tit.* in ejus locum surrogare.

3. *An neque rei controversa possessio pendente lite auferri alicui poterit?*

Non poterit, licet quis proferat Principis aut S. Pont. rescriptum, quo id jubetur: quia tale rescriptum non præsumitur a Principe aut S. Pont. profectum, *men sup.* nec Pont. præsumitur alicui suo rescripto *De off. jud.* jus suum auferre velle sine justa causa. *ordin. c. ult. hoc t.* Hinc etiam rescriptum lite pendente impetratum, litis nulla facta mentione, tanquam subreptitium rejicitur.

De sequestrationibus possessionum & fructuum.

TIT. XVII.

Quamvis sequestratio rei, de qua inter aliquos lis est, ea pendente regulariter prohibita sit, certis tamen casibus

I 5 per-



*l. i. C. d. prohib. sequest. pec.*

permissum est, rem in iudicium etiam, ejusque fructus apud sequestrari deponi.

1. *Quis dicitur Sequester?*

*c. Sequester. II. De V. S.*

**A** Pud quem plures (scilicet Actor et Reus) eandem rem, de qua in controversia est, deposuerunt.

2. *Quotuplex est Sequestratio?*

Duplex, alia *Voluntaria*, quæ fit utriusque consensu, eaque semper missa; alia *Necessaria*, quæ fit per vim, idque vel ex officio, dum magister officiosam mandat sequestrari, similiter missa; vel ad petitionem partis altera contradicente, quæ regulata est prohibita; cum non oporteat iudicium ab executione inchoare, nec processum forem, durante lite, privare compositam suæ possessionis.

3. *Quibus casibus licita est Sequestratio?*

*c. 2. h. t.*

Primo, si Actor missus in bonam possessionem ex primo decreto fructus quos ex bonis percepit, distrahat &

*c. ult. eod.*

pet pro arbitrio suo. Secundo, si

*Gl. in d. c.*

Reus possessor condemnatus a sententia

*2. in VI. se-*

contra se lata appellaverit, & fructus

*questrari.*

re possessa dilapidet, Actor recte

pendente appellatione rem & fructus sequestrari: pluresque casus alibi recensentur.

De Confessis.

TIT. XVIII.

Expeditis iis, quæ incidere in iudicium solent, a Tit. X. *de feriis*, fit transitus ad ipsam causam principalem, Actorque accingit se ad probandum. Certissima vero probatio est ipsius Rei confessio.

1. *Qualis est hac confessio?*

QVam facere Reus solet, præstato prius juramento calumniæ, vel de veritate dicenda, ad positiones Actoris iudicio, sub simili juramento propositas, per verbum *Credo*, vel *Non credo*. Nam si Reus præfracte & absque causa detrectet respondere ad positiones Actoris, habetur pro confessio. Ad quas vero respondet per verbum *Credo*, eas probandi Actor non incumbit necessitas. *c.2. h. t. in 6. & c. 1. sup. de lit. contest.*

2. *Quid differt confessio per verbum Credo ab ea, quæ fit simpliciter in iudicio?*

Quod illa ad probationem tantum faciat, & relevet Reum ab onere proban-

*d. c. 2.*

bandi: hæc vero, quæ simpliciter confitendo fit, & contra ipsum confitemur, non modo releuet ab onere probandi, verum etiam faciat, ut confessus pro probato habeatur, tametsi nullam causam adjecerit, cur id, quod confessus ita se habeat; quia nemo præsumitur in iudicio temere quid confiteri. Quod si vis hodie receptus sit, ut talis confessio vim probationis potius habeat, quam sententiæ, qua proinde sententia non est opus.

*l. unica**C. eod.**Vvesenb.**D. b. t. n. 8.*

3. *Confessio extrajudicialis quantum vim habet?*

*c. Si cautio**inf. De fide**instrum.*

Confessio talis nullam præiudicium fert confitenti: quia extra iudicium quam confiteri, etiam coram duobus iudicibus, sine causa tamen, non releuat rem ab onere probandi, quæ in iudicio confessus præsumitur.

4. *Quid si confessus in iudicio errauerit, ei licitum erit errorem suum revocare?*

Distinguendum est; quia aut in iure, & hic error nocet confitenti, cum in iure communi errans sit in culpa, quæ non meretur excusationem, sed poenam, quia iura omnes scire debent.

bent: aut erravit in facto, & hoc revocare l. Leges C.  
pore est usque ad sententiam. De LL.  
c. ult. b. t.

De Probationibus.

TIT. XIX.

Si Reus non confiteatur de intentione  
Actoris, sed ad quasdam ejus positio-  
nes respondeat per Verbum, Non cre-  
do, necessitas eas probandi incumbit  
Actori; & hinc post Tit. De confessis  
recte sequitur Tit. De probationibus in  
genere.

1. Quid est Probare & Probatio?

Probare est judici fidem facere de  
facto aliquo dubio, de quo in iudicio  
est disceptatio. Probatio aliud non est,  
quam rei dubiæ, apud iudicem contro-  
verſæ, per legitimos modos facta osten-  
sio.

2. Quotuplex est Probatio?

I. Alia est Artificialis, alia inartificialis. Ar-  
tificialem vocant, quæ ex ipsa causa argu-  
mentis & judiciis deducitur. Inartificialem,  
quæ extra causam desumitur vel a legibus,  
vel a testibus, tabulis, confessione, juramen-  
to, aut aliis similibus. Ita vulgo Rheto-  
res dividunt.

II. Alia

II. Alia est plena, alia semiple  
 quæ est divisio Interpp. juris. *Plenam*  
 cant, quæ plenam fidem facit judici,  
 idoneos testes aut instrumenta publi  
 ita ut secundum eam iudex sententi  
 5. *Quæ*  
*est*  
 Tu  
 rit in  
 in jud  
 ercisc  
 inter  
 his ju  
 est, ut

*c. 2. b. 1.*

ferre possit. *Semiplenam* vero, quæ  
 dici non facit plenam fidem, sed tantum  
 opinionem ingerit; non tantam  
 men, ut inde moveri possit ad ferendam  
 sententiam: veluti si quid probetur  
 unicum testem omni exceptione majori  
 vel per privatam scripturam, quam  
 non sit confessus.

III. Alia est Judicialis, quæ fit in  
 dicio post litem contestatam, aliam  
 judicialis.

3. *Probandi onus cui incumbit*

*c. 2. eod. l.*

Illud regulariter incumbit Actori  
 2. *D. eod.* jus est probare suam intentionem, minus  
 ejus qui ait, non qui negat.

*2. D. eod.*

4. *Actore laborante in sua probatione*  
*cogi Reus poterit, ei propria edere in*  
*strumenta?*

*c. 1. b. 1.*

Nequaquam: quia ipse Actor  
 prias adferre debet probationes, non  
 petere ab adversario: qui etiam  
 bari

*l. 7. C. D.*

nequit ad exhibitionem eorum, per  
 7. *Quæ*  
*est*  
 sibi negotium fiat. Actoreque non  
 bo

*testib. &*

bante absolvendus est Reus, et si nihil ipse  
præstiterit. *l. 4. C. de edend.*

5. *Quid si probandi onus utrique parti incumbat, ut puta in judiciis communibus?*

Tunc is obtinebit, qui suam probaverit intentionem, altero non probante; ut in iudicio communi dividundo, familiarum, finium regundorum, item in interdicto retinendæ possessionis, quia in his iudiciis uterque litigantium velut Actor est, uterque Reus. *c. 3. & c. Licet. 9. b. t. l. 37. S. in vita D. de O. & A.*

6. *Quid si probet uterque?*

Tunc iudex dispiciet, uter melius probet, & utrius testes sint magis idonei; vel in possessione uter antiquiorem possessionem & iustiorum titulum probaverit. *d. c. 9. b. t. d. l. 3.*

7. *Quid si Actore probante suam intentionem, Reus interim persistat in sua negatione, & super ea petat adduci testes?*

Non audietur; cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit, saltem directa: nam indirecte aliquando probari negativa potest. *c. 12. b. t. l. Actor 21. C. De probat.*

8. *Probatio quibus modis fit?*

Fit

Fit ea per libros antiquos, testes, mam, & per alia adminicula. Fac veluti publicum testimonium, au quidem & confirmat rei, de qua tur, fidem; non tamen cedit in iur justæ probationis.

De Testibus & attestationibus  
TIT. XX.

Inter modos probandi, de quibus tim tractant Tit. sequentes, frequer simus est, qui fit per Testes.

1. *Testes in quibus causis adhiberi possunt?*

**I**N omnibus omnino causis, tam nalibus, quam civilibus, & tam sis Ecclesiasticis ac spiritualibus, profanis.

2. *Quales testes probant?*

Oportet eos esse idoneos, & fide gnos, seu, ut dicitur, omni excepio *e. l. b. t.* majores. Quales habentur omnes, qui nominatim per Canones aut leges hibentur testimonium dicere.

3. *Qui ergo prohibentur esse testes?*

Prohibentur I. Impuberes, fimo mente capti, ob defectum vel inimi nali

tatem iudicii. II. Domestici, consanguinei, vel affines ejus, a quo & pro quo producuntur, propter affectionem & fa. *c. Testimo- nium 54.* vorem erga suos. III. Perjuri, infames, sive infamia sit juris, sive etiam fa. *& l. ult. cod.* ti, saltem secundum Canones, ac famo- so aliquo iudicio condemnati, veluti fur- ti, de dolo &c. imo & accusati tantum, iudicio adhuc pendente.

4. An Clerici & Praelati in causa Ecclesie sue?

Quamvis alias testis idoneus nemo sit *l. 10. D.* in propria causa, quæ directe vel indirecte *De testib.* ad se pertineat, non tamen prohibentur *& l. Omni- bus 10. C.* Clerici in causis suæ Ecclesie, modo non *cod.* sint illius procuratores; quia res Ecclesie non sunt revera res singulorum.

5. An Monachi vel alii Religiosi?

Verius est, nec illos arceri a testimo- *c. 30. & c.* nio dicendo: quia contra eorum profes- *51. h. t.* sionem non est, prodere veritatem quamvis alias prohibeantur, se negotiis immiscere secularibus.

6. An laicus contra Clericum?

Nulla modo; in causa utique crimi- *c. 14. h. t.* nali, & quoad plenam probationem. *Abbs in d. c. 14.*  
K Secus *n. 5.*



Secus quoad iudicium faciendum, sciens ad torturam.

7. *An mulieres?*

In causa civili, veluti in contractibus non prohibentur; in causa vero criminali prohiberi, communior habet sententia. Nisi agatur de crimine per modum inquisitionis vel exceptionis.

8. *Testes quomodo & qualiter producendi ac recipiendi?*

*contra* In primis petere a iudice debet, *Vallen. hic* Actor sive Reus, admitti ad probationem §. 2. n. 23. & dari sibi terminum probandi, i. e. certum diem, intra quem testes suos producat. præterea citari adversarium, ut videatur. *c. 2. h. t.* Testes produci & jurare; una cum citatione articulorum, super quibus testes ducere intendit & nominibus testium si quid forte in personas eorum obijciendum habeat. Exhibitis insuper etiam ab adversario, si velit, iudici suis que interrogatoriis super articulis prius exhibitis, ut, si forte testes adducente sint subornati, id iudex ex interrogatoriis adversæ partis facilius apprehendat. Exceptoque deinde a singulis testibus juramento, de eo, quod testimonium ex animi sententia dicitur.

singuli sigillatim ac separatim, remotis litigantibus, examinandi de singulis caussæ *c. Cum* circumstantiis, de personis, loco, tempore, *causam* visu, auditu, scientia, credulitate, fama *37. h. t.* & certitudine rei: & potissimum de ratio- *Vallen.* ne sui dicti seu depositionis. *hic §. 2.*

*num. 11.*

9. *Permittine debet super iisdem articulis secunda aut ulterior testium production?*

Permissa quidem secunda & tertia, non etiam ulterior. Nisi qui quartam productionem postulat, affirmet juramento, se eam dolo malo non petere, neque testificata aliquo modo didicisse, id est, *c. 15. &c.* testimonia intellexisse, sed quia quos producere de novo desiderat, prius habere nequiverit. *pen. eod.*

10. *Publicatione attestationum facta, an alii testes super iisdem vel contrariis articulis produci poterunt?*

Non poterunt, ne quidem in causa ap- *c. 17. & 25.* pellationis; quia qui semel didicit testi- *eod.* ficata, facile posset super iisdem vel contrariis articulis falsos testes subornare. Super aliis vero articulis nihil prohibet, alios testes producere, non facta ulteriori testimonum productione.

## De Testibus cogendis.

TIT. XXI.

1. *Possuntne cogi testes ad testimonium  
cendum?*

**O**Mnino, in causis utique civilibus, que tum ob publicam utilitatem, tum etiam, quia testimonium perhibere muneris publici, ad quod etiam invitus compellitur.

2. *An & in causis criminalibus?*

*can. Ex delicto* 11. Id quidem aliqui negant; ex clarando ejus delicta, ergo neque cogi: sed verius alii adfirmant, stificari in causa criminali non tam cui detrahere, quam veritatem atqui expedit Reip. ne crimina impunita.

## De Fide Instrumentorum.

TIT. XXII.

Non solum testibus, sed & instrumentis quis judici fidem facere potest, et testimonemque suam probare: unde pretium est nosse, quæ instrumentis dem judici faciant, quæ non.

## 1. Quid est Instrumentum?

Instrumentum in generali sua acceptio- *l.2.D.b.t.*  
 ne significat id omne, quod causam in- *§ c.4.sup.*  
 struit, & quo fides fit iudici, atque ita *tit.prox.*  
 & testes & testimonia Instrumenti nomi-  
 ne veniunt. Specialiter vero & proprie  
 accipitur pro qualibet scriptura, quæ fi-  
 dem rei, quam continet, iudici facit, & caus-  
 sam instruit.

## 2. Quotuplex est Instrumentum?

Duplex, aliud *Publicum*, quod a pu-  
 blica persona, veluti a Tabellione vel  
 Notario publico, solenni ac debita for- *c.2. § c.6.*  
 ma est conscriptum, aut publico & au- *h.t.*  
 thentico sigillo Principis, Episcopi vel  
 capituli signatum, auctoritateve Magi-  
 stratus interveniente publicatum. Aliud *c.9.h.t. §*  
*Privatum*, ab homine privato, nulla *c.7.sup.*  
 auctoritate publica confectum, ut chiro- *De probat.*  
 graphum, apocha, antapocha, syngrapha,  
 epistola.

3. Interestne quoad fidem faciendam inter  
 hac duo genera?

Interest sane: quia instrumenta pu-  
 blica de eo, quod instrumento contine-  
 tur, plenam fidem faciunt, & non tan-  
 tum ipsa authentica, ut vocant, sed au-  
 ctoritate iudicis confecta. Privata vero *c.ult.h.t.*  
 instrumenta regulariter non faciunt fidem

*l. Scripturas II. in fine cum* pro scribente, nisi trium testium subscriptione fuerint munita; tum enim capiuntur quasi publice confecta.

*Auth. seq.*

*C. Quipot. in pign.* 4. Cur addis, non facere fidem pro scribente?

Quia contra scribentem dumtaxat causam expressam habeant, ex qua quid debitum sit, puta ex mutuo &c. *c. Si cautio 14. b. t.* plenam fidem faciunt, etiam nullo modo adscripto: secus, si causam expressam non habeant.

5. Suntne casus, quibus contingit, instrumenti publici, vel etiam privati, vari ac destrui?

Sunt utique; veluti I. per corruptos testes, qui deponant, rem non contigisse, ut Tabellio vel Notario confitetur, eosque ad minimum tres, si

*e. 10. & 15. Gl. ac Dd. b. t. c. Imputari. 13. h. t. d. c. 13. & ibi Doct. c. 6. vers. instru. mentum.* instrumento inscripti mortui sint: quibus vis communis receptum sit, duos fidei iudices. II. Si ab uno eodemque

aria instrumenta fuerint producta, ea producenti imputandum. Quod

diversis diversa producantur instrumenta, aestimabit iudex, cui standam putabit. III. Si rasuram habeat instrumentum alicujus vocabuli, vel syllabæ, qua

mutet substantiam. Secus: si sensum in- *b. t. c. 3.*  
strumenti rasura non mutet. IV. Si pro *eod. di-*  
betur confectum ab alio Notario, quam *vers. in-*  
qui instrumento subscripsit. *strum.*

De Præsumtionibus.

TIT. XXIII.

Continet & probationem aliquam indi-  
cia & argumenta, fidemque faciunt  
modo plenam, modo semiplenam, &  
interdum alias præsumptiones adju-  
vant.

1. Quid est Præsumptio?

EST conjectura probabilis, ex certo  
aliquo signo proveniens, ad adstruen-  
dam rei dubiæ fidem. Vel: Est anti- *Menoch.*  
cipata de re dubia opinio, ex argumen- *de præf.*  
tis, indiciis & conjecturis, per veras re- *lib. 1. q. 7.*  
rum circumstantias plerumque evenienti- *n. 4.*  
bus sumpta.

2. Quotuplex est?

I. Præsumptio alia est hominis, alia  
legis. Præsumptio hominis est conjectu-  
ra, quam facit homo, ex facti qualita-  
tibus & circumstantiis aliquid conjicien-  
do, & adsumendo pro vero, donec aliud  
demonstretur ac doceatur. Præsumptio

K 4

legis.

legis est, quando ipsa lex aliquid con-  
& pro vero adsumit, donec contrarium  
probetur.

II. Rursus præsumtio legis vel est  
necessaria, vel probabilis. Necessaria (quæ  
& violenta & vehemens & vehementissima  
subinde dicitur) est, quæ ex signis  
tis & necessariis oritur. Vel est dispositiva  
legis aliquid præsumentis, & super præ-  
sumpto tanquam sibi comperto statu-  
tis. Hanc vocant præsumptionem  
& de jure. Unde qui semel declaratus  
pejerasse, eum præsumit canon seu legis  
per in posterum pejaturum, id est præ-  
sumptione juris & de jure, quæ præsum-  
tionem in contrarium non admittit. Præ-  
sumtio probabilis est, quæ ex signis  
babilibus colligitur: cuiusque proprie-  
sumptionis vocabulum competit, & dicitur  
tur præsumptio juris, quæ scilicet jus in  
bio aliquid præsumit, sed tamen non in-  
tuit in illo jus, id est, non habet pro jure  
indubitato. Sic qui ignorat res alterius  
præsumptione juris juvatur, nisi pro-  
tur scire. Sic pro eo, qui probatur  
R. j in 6. tentionem suam per testes & instrum-  
stat juris præsumtio, quam sequitur  
judex, nisi contrarium probe-  
tur.

*c. 47. De*

*R. j in 6.*

De Jurejurando.

TIT. XXIV.

Est denique modus probandi, qui fit per delationem aut relationem jurisjurandi, *l. i. D. De jurejur.* five ex pacione ipsorum litigatorum, five auctoritate judicis deferatur: maximumque remedium expediendarum litium est jurisjurandi religio.

1. Quid est Iusjurandum?

Est invocatio divini Numinis in testimonium, five promittendo aliquid in futurum, five adserendo aliquid in praeteritum.

2. Quotuplex est Iusjurandum?

Duplex, *Promissorium*, quo quis sancte promittit ac jurat, se quid daturum vel facturum; & *Adfertorium*, quod alias dicitur litis decisivum, quo alter litigatorum aliquid jurejurando adserit atque affirmat, quo lis vel altercatio finitur.

3. Quæ est vis & effectus juramenti promissorii?

I. Inducere obligationem. II. Confirmare ipsam promissionem & aliquando etiam contractum, quando scil. alteri, in cuius favorem præstatur, jus tribuit, & contractum in sua specie efficit validum. *Vallen. bic §. 8. n. 4.*

K 5

4. Quid



4. *Quid si dolo, vi vel metu sit extortum juramentum?*

Hic distingue inter jus Civile & Canonicum. Jure enim Civili ejusmodi extortum juramentum est ipso jure *Auth. Salum*, defectu consensus, cui nihil *cramenta* contrarium quam vis & metus. *Auth. pub. C. Si Pontificio* non licet contravenire *advers.* mento etiam per vim aut justum *vendit.* & tum extorto, nisi ante a superiori *l. 16. D. De trata* absolute: quia etiam coactus *R. I. c. 2. b.* luntas est voluntas & coactus *consens.* *t. c. Sacris* est utique consensus.

*sup. De his*

5. *Quotuplex est juramentum extortum?*

Triplex, Voluntarium, Judiciale & Necessarium. *Voluntarium* est quod contra Judicium & ante susceptum iudicium pars parti defert; dictum *ideum* voluntarium, quia non cogitur quis deferre, vel referre. *Judiciale* est quod suscepto iudicio, iudice approbato pars parti defert vel refert. *Necessarium* quod a iudice, propter probationem *opiam*, defertur, vel Reo ad sui probationem, si pro eo stet *presumptio*, Actori ad causæ victoriam, si iudex *inspectis* personarum & causæ *circumstantiis*, illud videat Actori potius *debetur*.

rendum esse, ut quia forte plus quam se-  
miplene probavit, vel etiam tantum se- *c. ult. §.*  
miplene, Reo contra per se nihil pro- *sane b. t.*  
bante.

De Exceptionibus.

TIT. XXV.

Postquam Actor aliquo ex prædictis mo-  
dis probavit intentionem suam, au-  
diendus deinde est Reus, qui ad de-  
fensionem sui uti solet exceptionibus,  
quibus actiones jure competentes  
vel saltem de facto intentatæ exclu-  
duntur.

I. Quid ergo est Exceptio & quotuplex?

EST actionis vel intentionis exclusio, ea-  
que in genere duplex, alia Facti, qua  
Reus repellit actionem nullo jure, agen-  
tem v. g. si quis agat ex mutuo, qui mu-  
tuum nunquam dedit: alia Juris, qua reus  
excludit actionem, ipso quidem jure com-  
petentem, sed cujus nomine iniquum sit  
Reum condemnari.

II. Exceptionum juris aliæ sunt Di-  
latoriæ, aliæ Peremptoriæ. *Dilatoria*  
sunt, quæ principalem causam & actio-  
nem non perimunt, sed tantum diffe-  
runt ad tempus, ut exceptio declinatoria  
fori,

fori, exceptio procuratoria &c. *procuratoria* exceptiones sunt, quæ non  
runt tantum, sed & perimunt atque  
dunt actionem, ut exceptio pacti  
venti de non petendo, exceptio  
dicatæ, exceptio transactionis & ju  
randi.

2. *Quando proponenda sunt hæc  
ceptiones?*

Dilatorias quidem regulariter  
*e. Inter 20.* oportet ante litem contestatam,  
*inf. De* tra terminum a iudice constitutum  
*sent. & re* in casibus exceptis. Peremptoria  
*jud. c. 4.* ro regulariter objici possunt ante  
*& 12. h. t.* litem contestationem, usque ad  
*l. 207. De* tiam, quia post sententiam res iudicata  
*R. I.* betur pro veritate.

De Præscriptionibus.

TIT. XXVI.

Non tantum exceptionibus, sed & præ  
scriptionibus, sive usucapionibus  
defendere Reus potest, objiciendo  
Actori, quod rem vel jus, de quo agitur  
juste præscripserit, estque hæc exceptio  
peremptoria præscriptionis.

## 1. Quid est Præscriptio seu Usucapio?

Est adjectio domini per continuatio-  
nem possessionis temporis lege defi-  
niti. *Inst. b. t. in pr.*

2. Quæ sunt requisita ad præscriptio-  
nem?

Possessio continua, bona fides & ju-  
stus titulus, id est, justa causa acquiren-  
di: ut quidem res mobilis triennio, im-  
mobilis X. annis inter præsentis. *XX. l. ult. C. De*  
*inter absentes, res vero Ecclesiæ alicujus præscript.*  
*XL. annis, jus denique Ecclesiæ Roma. long. temp.*  
*na non nisi centum annorum spatio præ. c. 4. 6. 8.*  
*scribatur. & c. 13. b. t.*

3. Quis si ab initio quis bona fide possideat  
rem, verum ante completam usucapionem  
superveniat mala fides?

Hæc quidem jure civili non interrumpit  
usucapionem, eo, quod mala fides super-  
veniens sit facti, usucapio vero juris: at ju-  
re Pontificio non attenditur subtilitas juris *c. ult. b. t.*  
Civilis, quippe involvens peccatum mortua-  
le, ut nulla valeat absque bona fide præscri-  
ptio tam Canonica quam Civilis.

## De Sententia &amp; re judicata.

TIT. XXVII.

Postre-

Postremo allegatis omnibus ex parte Actoris tum Rei, quæ ad causæ institutionem pertinere videbuntur, conditur tandem in causa, & utrinque perituræ sententia.

1. *Quid per Sententiam & Rem judicam intelligis hoc loco?*

**P**ER Sententiam intelligitur ipsa pronuntiatio judicis, quæ absolute vel condemnacione finem controversiæ imponit, quam vocant Sententiam definitivam, in qua vero judicata est ipsa causa controversiæ, quæ finem controversiæ pronuntiatione judicis accepit. Et differt a sententia, quam effectus a sua causa: nam res judicata est effectus sententiæ jam a litigantibus tacite vel expresse approbata.

*l. 1. D. De re jud.*

2. *Sententia definitiva in quo differt a interlocutoria?*

Quod definitiva totum negotium principale definiat ac terminet, vel solvendo vel condemnando: Sententia vero interlocutoria non finiat controversiam, sed tantum incidens aliquid impedimentum removeat, ut lis citius expediri possit, & exitum consequatur. Unde & sententia interlocutoria semel lata ab eodem judice

*c. Cum ces- sante 60 & ibi Dd. inf. De appell. Vallen. hic §. 2. n. 4. l. 55. D. De re jud.*

vocari poterit. Definitiva revocari non potest, quia, postquam iudex semel sententiam dixit, jam definit in ea causa esse iudex, quippe officio suo functus.

3. Quæ dicitur sententia interlocutoria vim habens definitivam?

Quæ quoad id, super quo fertur, parit præjudicium irreparabile per definitivam, & quoad juris effectus per omnia æquiparatur sententiæ definitivæ. Talis est sententia interlocutoria, per quam repellitur vel admittitur exceptio aliqua peremptoria, qua iudex pronunciat se incompetentem, & qua pronunciat appellationem esse desertam, vel fatalem elapsa. Sed & sententia attentatorum revocatoria vim habet definitivæ: item sententia excommunicationis sive Banni.

vide Myns. cent. 3. obs. 88. Gail. 1. Obs. 130. Hunn. Eucyr. p. 2. tit. 22. c. 1. num. 7.

4. Qualiter ferenda sententia definitiva?

In primis, utraque parte litigantium citata ad audiendum jus dici, & sententiam ferri. Iudex deinde dicto die & in loco solito pro tribunali sedens, per se & in scriptis sententiam pronuntiabit, idque in omnibus servato juris ordine, ac prævia causæ cognitione.

5. Quis est effectus huiusmodi sententia?

Fini-

Finire litem, & potestatem iudicis, ad causam, in qua jus dixit: item jus inter partes, inter quas lata: quia re-  
*c. pen. b. t.* ter alios acta ac iudicata jus non facit, aliis præjudicat regulariter.

De Appellationibus, Recusationibus & Relationibus.

TIT. XXVIII.

Sententia a iudice lata, si hæc victor-  
*l. i. D. h. t.* tur iniquior, poterit ab ea appellari, et  
*in pr.* estque frequens & necessarius appella-  
 di usus, quippe iniquitatem iudicantis  
 vel imperitiam corrigens.

1. Quid est Appellatio?

**A**ppellatio est ab inferiore iudice  
 per iudicem superiorem facta provocatio, in  
 gravaminis illati vel inferendi.

2. Quotuplex est appellatio?

Duplex, alia *Judicialis*, quæ proprie  
*Clem. 3.* stricte dicitur Appellatio, alia *Extra-  
 eod.* judicialis. Illa in iudicio a sententia sive  
 definitiva sive interlocutoria sinterponitur,  
 corrigatur; hæc vero ab actis sive de  
 extrajudicialibus, ut dum appellatur  
 electione, spoliatione, & similibus.

3. An ergo etiam a sententia interlocutoria appellare licebit?

Jure quidem civili regulariter non licet, nisi certis casibus, quibus interlocutoria habet vim sententiæ definitivæ: c. 5. §. si ve- at jure Pontificio ab omni interlocuto- ro c. 51. & ria, imo & ab omni gravamine, etiam 59. hoc tit. extra judicium alicui illato vel inferen. Sess. 24. c. do, recte appellatur. Hodie ex decreto 20. de re- Conc. Trid. non aliter permittitur appel- form. c. 5. lare a sententia interlocutoria, quam si in fine c. 11. vim definitivæ habeat, & gravamen conti- & 13. b. t. neat irreparabile.

4. In quibus causis permessa est appellatio?

In omnibus causis, tam civilibus & l. 14. §. l. levioribus, quam criminalibus & majori- 29. C. eod. bus. Attamen si crimen fuerit notorium, d. c. 13. & c. Reus condemnatus appellans non auditur, 61. §. porro qui tum constat eum tantum appellare dif- eod. Vall. ferendæ pœnæ causa, quod non debet ad- hic §. 4. n. mitti: Pluresque alii sunt casus & causæ, 6. & seqq. in quibus non appellatur. c. 65. hoc t.

5. Quoties permiffum appellare?

l. un. C. Ne lic. in una

Ab una eademque sententia tertio ap- eademque pellare non permittitur: quia præsumit causa. lex & canon illud esse justum, quod

L tribus



tribus diversorum judicum conformi  
sententiis est firmatum; eaque est  
sumptio juris & de jure.

6. *A quo, & ad quem judicem est appel-  
landum?*

A judice inferiori, qui sententiam  
tulit, ad ejus proxime superiorem, &  
gradatim ad hujus quoque proxime  
immediate superiorem, ne alias con-  
ferat confundi jurisdictionem: adeo  
omisso judice aliquo intermedio, ne-

*l. 21. in pr.*

*D. eod.*

*c. 7. 31.*

*34. & 52.*

*h. t.*

dem ad ipsum Principem liceat appella-  
re, saltem jure civili. Nam jure Pro-  
ficio permittitur cuilibet appellare a quo-  
libet judice inferiore ad S. Pont. omnia  
judicibus intermediis. Idque tam in  
re, quia S. Pont. omnium inferiorum  
judicum jurisdictionem habet, omnia  
que & singulorum est judex. At  
ceps inferiorum judicum jurisdictionem  
a se abdicavit.

7. *Coram quo?*

Regulariter interponenda est appella-  
tio coram eodem Judice, qui sententiam  
tulit: nisi vel justus metus prohibeat  
is, qui appellare desiderat, copiam  
a quo habere nequeat, quo casu sub-  
coram probis viris, vel coram Notariis  
& testibus appellare.

*c. ult. h. t.*

*& ibi Gl.*

8. *Quo*

8. Quando appellandum?

Vel statim a sententia lata, quod dicunt, *illico appellare*, sine libello, & viva voce. Estque hoc tutissimum, quia *l. 14. C. eod.* ibi satis est, si dicat tantum, *Appello*. Vel *l. 2. D. eod.* si non appellaverit illico, appellandum est intra decendum, id est decem dies a die latæ sententiæ, vel a die, quo sententiam latam esse intellexerit is, qui appellare vult, & quidem in scriptis. *l. 6. §. fin. autem C. eod.*

9. Qui dicuntur Apostoli?

Sunt litteræ dimissoriæ, quas Judex a quo transmittit ad judicem superiorem ad quem appellatum est, in testimonium & fidem appellationis interpositæ.

10. Quotuplices sunt Apostoli?

Triplices. Dimissorii, Reverentiales & Refutatorii. *Dimissorii* jam definiti sunt. *Reverentiales* sunt, quando non ob causæ justitiam, sed solum ob reverentiam Judicis superioris ad quem appellatur. Judex a quo defert appellationi. *Refutatorii* sunt, quibus Judex a quo reddit causam Judici ad quem, cur appellationi non detulerit. Nam cum appellans petit apostolos dimissorios, ex adverso appellatus seu intimatus, ut hodie lo-

quantur Pragmatici, petit sibi dari  
stolos refutatorios.

11. *Intra quod tempus petendi ab appell*

Intra XXX. dies, a die, quo la  
sententia, idque sapius & instanter  
stantius, instantissime. Alias si neg  
rit eos petere appellans, præsumitur  
lationem interpositam deseruisse; que  
sumtio est juris & de jure.

12. *Intra quod tempus causa appellat*  
*finiri debet?*

*Clem. Si-* Intra annum, vel si sit justa causa,  
*cut eod. c.* intra illud tempus finiri non possit.  
*8. hoc tit.* intra biennium, a die interposita app  
tionis computandum. Alias improp  
appellatio esse deserta; nisi per re  
nem in integrum iudex ad quem est  
causa indulserit appellatori termin  
num.

13. *Quid est Recusatio?*

Qua alter litigantium recusat iudic  
& negat se ejus stare velle iudicio  
fenti causa, quamvis alias sit iudex  
petens, eo quod ex justa causa sit  
ctus. Causæ autem suspecti iudicis  
variæ, & fere arbitrariæ. Effectus  
cusationis est, quod causa recusatio

pendente, iudex in lite superfedere, nec l. Eum  
progrēdi ulterius debeat.

quem 79.

§. 2. D. De  
jud.

14. Quid est Relatio?

Est iudicis inferioris de iure dubitantis  
ad superiorem, Pontificem vel Principem  
transmissa consultatio, ut sciat, quid in  
iudicando sequi debeat.

De Clericis peregrinantibus.

TIT. XXIX.

1. Quis dicitur Clericus peregrinans?

Qui ad Sedem Apostolicam, vel ad  
limina Apostolorum peregrinationis  
aliave ex causa proficiscitur.

2. Quid hic simile habet cum ap-  
pellante?

Quod sicuti qui appellat ad S. Pont.  
eximit se a iurisdictione Iudicis quo, ita  
& qui Romam, peregrinationis ergo iter  
instituit, intelligatur ipso facto ad S. Pont.  
appellare. Ideoque sicut pendente ap-  
pellatione nihil est innovandum, ita ni-  
hil est immutandum circa res ejus, qui  
Romam profectus est.

De Confirmatione utili vel inu-

TIT. XXX.

1. *Quæ hic dicitur confirmatio  
utilis?*

**Q**uando S. Pont. sententiam aliquam  
sive privilegium, sive aliud quid  
firmat ex certa scientia : quia tunc  
inferior de eo amplius cognoscere  
potest; & talis confirmatio jus tribuit  
cujus negotium confirmatum est.

2. *Quæ inutilis?*

Quando rescriptum confirmatum  
S. Pont. factæ probatur esse subreptum  
vel obreptitium, scilicet re non intel-  
lecta, ut se habebat, sed vel falsi-  
ficato, vel vero subdito. Ideo vero  
utilis confirmatio taliter facta, quia  
ipso jure non sit nulla, tamen per  
exceptionem repellitur  
potest.

FINIS LIBRI II.